



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XVI Tunc omnium electorum perfecte erit cor & anima vna, q[ua]n[do]  
Deus erit omnia in omnibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB.

cunctis angoribus tota in dei visiōe ac laude vitage  
ritur. Iuxta hoc quod Propheta, corde pariter & car-  
Psal. 83. ne in deum viuum exultans aiebat. Beati qui habi-  
tant in domo tua, in seculū seculi laudabunt te.

Nemo perfecte beatus esse potest, ante-  
quā ad futuram perueniat beatitudinem.

### Caput XV.

Prosp. **I**N præsenti autem vita quantilibet quis excellen-  
tia sanctitatis emineat, quantilibet quis eminen-  
tia perfectionis excellat, potest quidem fieri pro-  
modulo huius vitæ perfectus, sed nō est sic de sua p-  
fectiōe securus, vt non debeat de casu esse sollicitus:  
& vtiq; vbi est sollicitudo non est absoluta beatitu-  
do, quæ nequaq; perfecta credenda est, si secura non  
fuerit, nec secura erit nisi omnē sollicitudinem secu-  
ritas æterna consumpscerit. Quapropter qui dicunt  
in hac vita beati, spe beatitudinis futuræ beati sunt,  
ipsa aut re nō hic, sed in illa vita beatj futuri, quia ibi  
omnium beatorū beatitudo perfecta erit, ubi huma-  
na natura sui gloriam conditoris & suam perfecte  
beatificata visura est, atq; ei sine vlo defectus uę bea-  
titudinis adhærebit.

**T**ūc omnium electorū perfecte erit cor  
& anima vna, quando Deus erit omnia in  
omnibus. Caput XVI.

Beda.  
Actu. 4. **S**icut in primordio nascentis ecclesiæ in Hiero-  
solimis quondam multitudini credetum erat

## LIBER PRIMVS.

cor & anima vna, & erant illis omnia cōmunia.  
Ita in illa summæ pacis visione multitudini credenti  
um dēum erit cor & anima vna, diligendi ac laudan  
di eum, cuius se gratia viderint esse saluatos, & ibi ve  
raciter erunt omnibus oīnia cōmunia, quia sicut A-  
postolus ait, erit Deus oīa in omnibus. Ibi bēs quicū  
que fuerint vnum corpus erunt, & singuli de sua &  
de singulorum felicitate gaudebunt. Hæc est vera &  
beata unanimitas sanctorū angelorum & hominū  
beatorū in illa perpetua regione, quibus est una uo  
luntas gloriam regni Dei dicere, & potentiam uirtu  
tis eius eloqui.

r. Cor. 15.  
Prosp.

Quod sctā Hierusalē cælestis ex parte  
æterna, & ex parte captiua sit. Ca. XVII.

**S**Ancta Hierusalem cælestis ex parte æterna, & Aug.  
ex parte captiua est. In angelis æterna, in homi  
nibus captiua. Non enim omnes illius ciuitatis  
ciues captiui sunt, sed qui inde peregrinantur ipsi ca  
ptiui sunt. Homo cuius est Hierusalem, sed uenit  
sub peccato factus peregrinus. Sicut enim populus  
ille de terra Hierusalem in captiuitate ductus est in  
Babylonia, & post septuaginta annos rediit ad ciui  
tatem suam. Septuaginta anni significant omne  
tempus quod septem diebus euoluitur. Ita cum  
transierit omne tempus tunc redimus & nos ad pa  
triā nostrā æternā Hierusalem, ubi sunt ciues  
nostrī Angeli, ab ipsis nostris peregrinamur in ter  
ra. In peregrinatione suspiramus, in ciuitate gau  
debimus.

b v